

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beatitudo siue beatus m
cum fonte primo

Vna cunctis erit beatitudo leticie quamuis
non una sit omnibus sublimitas uite.

Et quidem apud Patrem mansiones multae sunt
et tamen eumdem denarium dispares
laboratores accipiunt; quia
una cunctis erit beatitudo laetitiae quamuis
non una sit omnibus sublimitas uitae.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 4.36
(CCSL 143, M. Adriaen ed., pp.214-15, ll.10-14).

Et in illa beatitudine erit culpe memoria,
non que mentem polluat,
sed que nos leticie arcus astringat.

Bernardus ibidem in sermone.

Erit ergo et in illa beatitudine culpae memoria,
non quae mentem polluat
sed quae nos laetitiae altius astringat;
ut dum doloris sui animus
sine dolore reminiscitur,
et debitorem se medico uerius intellegat,
et eo magis acceptam salutem diligat
quo de molestia meminit, quid euasit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 4.36
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.216, ll.63-67).